

Pontificæ, omiſſa arbitrorum electione; nulla etenim diſcriminis ratio excogitari poterit, cum ſint conjudices, qui unus ſine alio procedere valet. Aliud juris eſt, ſi unus qui ſolus de cauſa cognoscit, ſuſpectus aſſeratur; nam cæteri conjudices non exiſtunt, nec ſe immiſcere permittuntur, niſi qui prævenit, impediatur, ut Molina, & Barboſa obſervarunt; nec enim per reculationem juridiſtictio tollitur, ſed ſuſpenditur, donec cauſa ſuper reculatione terminetur; ideo arbitros eligere oportebit, ut D. Covar. placuit.

SUMMARIUM.

- 1 Qui in judicio succumbit, ad litis expenſas condemnari debet; ſed limitatur num. 11.
- 2 Utrum Fiſcus, & Fiſcalis ad expenſas damnentur, aut repetat quas fecerit à ſuperato.
- 3 Propter temeritatem litigantis, etſi dolus abſit, victus expenſarum ſolutione coercetur.
- 4 Per juramentum calumnia non excuſatur expenſarum condemnatio.
- 5 Etiam in criminalibus locum habet expenſarum damnatio.
- 6 Contumax ſolutione expenſarum puniatur.
- 7 Victus ſuper articulo poteſt ad expenſas damnari: & utrum ei liceat provocare, num. 8. & 9.
- 10 Judex poſt ſententiam quando valeat facere expenſarum condemnationem, & num. 28. & 32.
- 11 Superatus qui juſtam habuit cauſam litigandi, expenſarum damnatione non oneratur: quod ampliatur n. 15.
- 12 An quis ex juſta cauſa litigaverit, judicis arbitrio relinquitur, nec relevatur quæ advocatum peritum conſuluerit.
- 13 Qui ſuccubuit, non juſta cauſa litigaſſe præſumitur.
- 14 Quid ſi cepit bona fide agere, ac lite pendente litigantipatuit injuſtam ſovere cauſam.
- 16 Utrum appellatus, qui in ſecunda ſuccubuit inſtantia, poſſit ad litis ſumptus damnari.
- 17 An expenſarum condemnatio facta in ſecunda inſtantia, intelligatur etiam quoad primam.
- 18 Reus facilius relevatur ab onere expenſarum quam actor.

20 Si expenſa debeantur jure actionis, ut ex pacto, non prodeſt juſta cauſa litigandi.

21 Contumax non eximitur ab expenſarum ſolutione, licet juſta de cauſa in judicio verſetur.

22 Excusaſtur ſi legitimam rationem non comparendi oſtenderit.

23 Lex jubens abſolute, ſuperatum ad litis ſumptus damnari, reſtringitur, niſi juſtam litigandi cauſam habuerit.

25 Judex non tenetur ſuccumbentem ad expenſas damnare, niſi petatur.

26 Poteſt tamen, ſi ſibi viſum ſit, non habuiſſe juſtam cauſam litigandi, tamenſi victor expenſarum non meminerit.

27 Ex vulgari clauſula, qua juſtitiæ miniſtrari poſtulatur, judex aſtringitur ad earum juſtam damnationem.

29 Quando appellare liceat ab omiſſa expenſarum damnatione.

30 Quid ſi expreſſim judex abſolvat.

33 Expenſa debite ex contumacia exigipoteſt, etiam principali judicio exiſtente.

34 Expenſarum quantitas judicis arbitrio deſignatur.

35 A decreto de taxandis expenſis non provocatur, ſed ab exceſſu taxationis licet appellare.

Condemnatio expenſarum reſtringitur ad proceſſales, niſi aliud exprimitur, ibid.

36 Formataxandi ſumptus litis optima traditur.

37 Diſcrimen quoad taxationem inter juramentum de veritate, & aſſertionis pro conſequenda reparatione damni illati, vel ſolutione expenſarum.

CAPUT XXVII.

Ad Num. 1.

Superatus in judicio damnari debet, ſi vincenti litis expenſas perſolvat, l. 7. tit. 17. l. 3. tit. 22. lib. 4. Recop. l. Eum qui temerè 79. de judic. l. qui ſolidum. 80. §. Etiam Republica, de leg. 2. l. Conſtitutio 5. de fruct. & lit. expenſ. §. 1. Inſt. de pæn. tem. litig. Greg. Lop. in l. 8. gloſſ. 1. tit. 22. p. 3. Donell. lib. 16. cap. 3. ubi Oſwald. lit. E. Tuſch. lit. E. concl. 626. n. 1. Fab. in ration. d. l. Eum qui; Parlad. quodiſdian. lb. 2. cap. ſin. part. 5. §. 18. num. 1. Azeved. in d. l. 1. Recop. num. 1. Pichard.

in

in d. §. 1. n. 1. & manuſc. ad prax. part. 2. §. 17. num. 1. Hermoſ. in l. 8. gloſſ. 5. tit. 3. num. 1. p. 5. Aug. Barboſ. cum aliis collect. cap. Calumniam; num. 2. de pæn. quod pariter in actore ac reo obſervatur. Petr. Barboſa in d. l. Eum qui, n. 75. niſi juſta litigandi cauſa victus relevetur, ut inferius adnotabitur.

2 Patronus quoque fiſci, quamvis ab ea regula excipitur, tamen quoties de calumnia aperte conſtiterit, ad expenſas ipſe tenebitur. Petr. Barboſa num. 203. Farinac. prax. quæſt. 16. n. 20. Lanfranc. tract. de expenſ. num. 26. tamenſi contrà ſentiat Amaya in l. 1. num. 23. C. de delatorib. lib. 10. Nec prodeſt ſanctimonia vitæ, ſufficiat, aut ſexus, ne victus in expenſis damnetur. Petr. Barb. à n. 65. At paupertatem, vel arctiſſimum cognitionis vinculum excuſare, ſcripſit Tuſch. ſup. n. 65. & 78. Addit Petr. Barboſa num. 211. liberari ab expenſarum gravamine ſuperatum, ſi adverſarius ob privilegium eas ſolvere non teneatur, de quo eſt lex 30. tit. 20. lib. 2. Recop. Ex qua conſtitutione eſt obſervandum, quod nunquam fiſcus ad expenſas victori damnatur. Petr. Barboſa num. 199. Alfar. de offic. Fiſcal. gloſſ. 16. privi. 70. num. 216. Azeved. ſup. num. 6. Farin. n. 22. Amaya num. 22. licet Fiſcalis aliquando damnari poſſit, ut mox præmiſi, ac tenet Cevall. commun. cont. comm. q. 539. num. 8. & quanquam Alfar. & alii doceant, Fiſcum ſuperantem non repetere ab adverſario ſumptus litis, obſistere tamen videtur dicta lex 30. Recop. ubi aſſeritur damnatum in cauſa Fiſcali ad expenſas, non teneri ad illas, quas ipſe tabellionibus ex privilegio non ſolvit: ſecundum quæ poſſet ſuſtineri, quod ſi ex fiſcali pecunia ſumptus non modici fierent, velut ad adducendos teſtes, aut ſi notarius pro illis examinandis petegre mitteretur, merito Fiſco adverſarius ſuperatus ad expenſas condemnaretur, & ita accipi regiam legem, ac limitari doctrinam Petri Barboſa, de qua proxime, qui num. 204. regulam ſuprà traditam num. 1. ampliat, ut judex etiam ex officio perperam procedens, ad litis expenſas poſſit condemnari.

Ibi: Et nihilominus huic regula.

3 Victus, etſi in lite abſque dolo verſetur, putans ſe juſtam ſovere cauſam; tamen ſi temerè litigaverit propter negligentiam, vel ſuſticitiam, ad expenſas

litis tenebitur, d. l. Eum qui temerè, d. §. 1. Inſt. de pæn. tem. litig. Tuſch. d. conclus. 626. num. 2. & 21. Fab. ubi ſup. Azeved. num. 7. Pichard. in d. §. 1. n. 6. Gutierrez. Practic. lib. 1. q. 155. num. 3. Petr. Barboſa ſup. num. 8. Lanfranc. ubi ſup. n. 5. Oſwald. lib. 24. cap. 3. lit. F. Paz prax. ſom. 1. temp. 11. n. 24. Guazzio. de deſenſ. reor. def. 3. cap. 13. num. 8. Boſſ. pract. tit. de accuſat. num. 29. & frequenter contingit, ut ex temeritate ad expenſas damnatur, qui abſque calumniæ ſuſpicionem dignoſcitur. Petr. Barboſa n. 38.

Ibi: Quid autem ſit temeritas.

Conſulas Petr. Barboſ. ſup. ex num. 3. Fab. & alios jam prælaudatos.

Verſ. Secundò eadem.

Non obſtante lege regia Partitæ adducta hęc, de jure communi; & in praxi apud nos uſu receptum habetur, ut quanquam de calumnia juraverit victus, ad expenſas litis nihilominus damnentur, ſi abſque juſta cauſa litigaverit; nam etſi concedatur, per juſjurandum calumniam excludi præſumptam, temeritas tamen non tollitur, ex qua damnari poteſt: alioqui apud nos condemnatio ad expenſas nunquam haberet locum, cum de ſtylo nulla actio, vel exceptio deducatur in judicium abſque calumniæ juramento quod animadvertit Greg. Lop. in l. 8. gloſſ. 2. tit. 22. part. 3. Sic tenent Tuſch. d. conclus. 626. n. 3. Diſdac. Perez in l. unic. verſ. Utrum autem, tit. 18. lib. 3. Ordin. Boſſ. in Praxi, tit. de accuſat. num. 19. Lanfranc. tract. de expenſ. n. 7. Freder. Schenk. in ſim. tract. num. 2. Paz ubi ſup. Petr. Barboſa à n. 14. Cevall. commun. cont. com. q. 447. Oſwald. ubi proxime, lit. E. Præcipue cum id ſacramentum jam parvipendi ſoleat, ita ut uno obolo non æſtimetur, ut inquit Baldus, quem refert Oſwald. & Marant. de ordin. judicior. p. 6. art. 1. de juram. n. 11. qui ſubdit hodie videri, potiùs jurari de calumnia committenda, quam vitanda. Quid eo juramento comprehendatur, tradit ipſe num. 10. Quid ſit, videndus Oſwald. qui larè de hujusmodi jurejurando diſcrit.

Verſ. Tertio, hæc ipſa regula.

Arbiter ad expenſas litis damnare permittitur. Jac. de Aren. tract. de expenſ. in judic. fact. n. 7.

Ff 2 44

Ad Num. 2.

5 Condemnatio expensarum etiam in criminalibus fieri debet. Tusch. *sup. concl. 635.* Greg. Lop. *in d. l. 8. gloss. 1. fac. de Aren. num. 13.* Boss. *n. 28.* Petr. Barb. *in d. l. Eum qui temere, num. 155.* Bobad. *l. 5. cap. 2. num. 103.* Azeved. *in l. 1. num. 5. tit. 22. lib. 4. Recop. Ceval. sup. quæst. 539. num. 2.* Bern. Diaz *reg. 20.* Guazzin. *de defens. reor. defens. 1. cap. 13. num. 8.* Gail. *lib. 1. observ. 151. num. 1.* Quicquid disputans teneat Fachin. *controverf. lib. 1. cap. 42.* Sed conclusio ampliatur ad denunciante. Petr. Barbos. *n. 161.* Clar. *lib. 5. sent. 8. fin. quæst. 7. num. 12.*

Ibi: De expensis ratione contumacia.

6 Contumax summum damnatione coercetur, *l. 5. tit. 3. lib. 4. Recop. ubi Azeved. Cujac. lib. 9. observat. cap. 22.* Menoch. *de arbitr. cas. 154. num. 2.* Lanfranc. *tract. de expens. num. 1.* à quo gravamine non appellat, Scacc. *de appell. quæst. 17. lim. 21. num. 67.* nec auditur antequam exhibeat, *cap. 1. de dol. & cont. in 6. l. Sancimus 13. C. de judic. ubi Aug. Barbosa in collect. n. 4.* alios refert, Azeved. *sup. num. 5.* Petr. Barbosa *in l. Si quis postquam, num. 183. de judic.*

Verf. Quinto, hac condemnatio.

7 Interloquutoria quoque sententia, dum lis pendet, ad impensas litis damnari victus super articulo poterit, quæ ante definitivam extorquentur. Scacc. *num. 65.* Mynfing. *cent. 3. observ. 32.* Afflic. *decif. 42.* ubi Ursill. *num. 1.* Guaz. *defens. 36. cap. 25. num. 2.* Jacob. de Aren. *tract. de expens. num. 13.* Caravit. *rit. 298. num. 2.* Petr. Barb. *sup. num. 152.* Rebuff. *ad leg. Gall. part. 3. tit. de expens. art. 2. gloss. unic. num. 3.* Ceval. *ubi proxime, num. 3.* August. Barbosa *num. 10.* quas expensas percipiens non restituet, etsi in principali causa succumbat, Petr. Barbosa *n. 153.*

Ibi: Etsi non fuerit appellatum ab interloquutoria.

8 Si quis in articulo superatus, ab interloquutoria non provocaverit, deinceps damnari poterit, dum lis pendet principalis, ad expensas, à qua condem-

natione appellare prohibetur. Scacc. cum aliis *num. 65.* At si victus in articulo, superet in causa principali, non condemnabitur in definitiva ad impensas, ad quas ex interloquutoria tenebatur. Lanfranc. *tract. de expens. num. 18.*

Quod autem dictum est de prohibita appellatione, ita accipi debet, si victus in articulo non habuerit justam causam litigandi; nam si hoc allegans appellaverit, erit audiendus. Scacc. *n. 66.* Imò idem iudex valebit super expensis latam sententiam revocare, aut temperamento restringere. Petr. Barbosa *num. 155.* qui premitit *num. 154.* cessare huiusmodi damnationem, si sententia interloquutoria super juris quæstione pronuncietur.

Illud interest inter definitivam, ac interloquutoriam sententiam; nam iudex in illa post pronunciationem nihil quoad expensas decernere permittitur, nisi eadem pronunciationis die: secus in ista, dum lis pendet super principali, de quo iterum infra, *num. 28.* Ratio est, nam ista expensa officio iudicis mercenario debetur, quod per definitivam quoad causam penitus expirat: non sic per interloquutoriam, de quo Mynfing. & Guaz. *ubi proxime, Scac. num. 57. & 40.* Azeved. *in d. l. 1. num. 14. & 15.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de expens. resol. 1. num. 3.* ubi quod non intelligitur de die naturali viginti quatuor horarum, sed de residuo illius, quo pronunciatum est.

Ad Num. 3.

Victus victori litis impensas restituere non compellitur, quoties justam litigandi causam habuisse constiterit. Petr. Barbosa *in l. Eum qui temere, n. 51. de judic. Menoch. de arbitr. casu 177. num. 1.* Farin. *in prax. quæst. 16. n. 4. & 73.* Guttier. *Practicar. lib. 1. quæst. 135. n. 5.* Surd. *de alimen. tit. 6. quæst. 5. num. 26.* Boss. *in Praxi, tit. de accusat. num. 28.* Tusch. *lit. E. concl. 626. n. 7. & 80.* Cujac. *observat. lib. 12. cap. 1.* & alii laudari *sup. n. 1.* licet à solutione expensarum processus non relevare justam litigandi causam teneatur Petr. Barb. *num. 64.* quod restringit *num. 78.* si notorie appareat de justificatione litigantis superati: sed displicet limitatio.

An quis justam litigandi causam habuerit, iudicantis arbitrio committitur. Tusch. & Menoch. *ubi proxime, Farin. num. 40.*

num. 40. Guttier. *num. 2.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 5. quæst. 3. n. 209.* Azeved. *in l. 1. num. 25. tit. 22. lib. 4. Recop. Petr. Barb. num. 119.* Ex quibus iusta litigandi causa debet estimari, concessit Menoch. *d. casu 177. per tot.* præter alios, quos laudat Petr. Barb. *n. 53.* Non eximitur ab hoc gravamine, qui advocatum consultit; etiam periculisimum. Greg. Lop. *in proam. gloss. 2. tit. 2. p. 3.*

Ibi: Quamvis in dubio præsumptio sit.

13 Qui in causa succubuit, præsumitur iusta litigandi ratione caruisse. Petr. Barbosa *num. 67.* Menoch. *lib. 2. præf. 87. num. 1.* Amat. Roderic. *in præf. tit. de form. examini. process. cap. 5. num. 37.* Verùm per calumnia juramentum ea præsumptio eliditur. Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 85. num. 4.* & alii ex præcatis *n. 4.* tamen ex capite temeritatis ad expensas tenebitur, qui de justificatione litigandi non docuerit, ut præmittitur *num. 3.* Multum autem interest, an quis ex calumnia, vel temeritate damnetur, quod videre licet apud Petr. Barbos. *num. 49. 50. & 250.*

14 Opportune queritur, si quis à principio iudicii iuste litigavit, deinde paterfacta veritate, mala fide in causa prosequitur superetur, an sit damnandus ad omnes litis sumptus, vel duntaxat pro tempore, quo absque iusta causa in lite perstitit? De qua quæstione agit Petr. Barbosa à *num. 136.* qui contra alios tenet ad favorem superati, ut à parte expensarum releveretur. Fachin. *controverf. lib. 1. cap. 41.*

Verf. Hac verò sexta declaratio.

15 Iusta litigandi causa ab impensarum solutione excusat, nedum in prima instantia, sed apud iudicem appellationis. Petr. Barb. *num. 99.* Guttier. *d. g. 135. num. 2.* Scacc. *d. quæst. 67. lim. 21. num. 54. verf. Ratio est.* Rebuff. *d. tit. de expens. in princ. num. 29.* Azeved. *num. 24.* Greg. Lop. *in l. 27. gloss. 3. tit. 23. p. 3.* Sed in prima instantia facilius præsumitur iusta ratio litigandi, quam in secunda. Petr. Barbosa *num. 91. & 103.* Gail. *lib. 1. observ. 152. n. 5.* Guttier. *n. 12.* Rebuff. *ad leg. Gall. part. 3. tit. de appell. art. 9. gloss. unic. num. 25.* quod & D. Covar. nos docet hic.

16 Utrum appellatus, qui unam, aut du-

plicem sententiam obtinuit, possit per superiorem revocantem eas ad litis sumptus damnari? tradunt Scacc. *d. lim. 21. ex num. 54.* Petr. Barbosa *num. 107. & 108.* Guttier. *d. lib. 1. quæst. 136.* Guaz. *sup. defens. 36. cap. 26. num. 14. & 15.* Azeved. *n. 31.* Fachin. *controverf. lib. 1. cap. 41.* Facit lex *1. tit. 22. lib. 4. Recop. & distinguitur, num. ex eisdem actis sententia revocetur, vel ex noviter deductis.* Priore casu condemnari poterit appellatus, in posteriore non utique. At iniquitatem notoriam, ac patentem desiderari, tenet Greg. Lop. *ubi super.*

Si iudex appellationis victum gravet, ut refundat expensas, confirmans, vel revocans sententiam inferioris, queritur an intelligatur de impensis in secunda instantia, vel etiam in præcedenti? De quo latè Scacc. *num. 48.* Petr. Barbosa *num. 89.* Rebuff. *sup. tit. de appellat. art. 9. ex n. 29.* Guaz. *d. cap. 26. à num. 2.* qui affirmativè resolvunt, nisi primus iudex victum ab expensis absolvisset, aut si iustam causam litigandi in prima instantia habuerit damnatus, aut si apud inferiorem non fuerint petita, ut tenet Guazzinus contra Scacciam. Etenim si in prima instantia non petantur, nec pro illa apud superiorem peti possunt. Cancr. *variar. part. 3. cap. 16. num. 93.* Rursus ab expensis absolutus per appellationis iudicem; censetur & pro præcedenti iudicio ab illarum præstatione liberatus. Guaz. *num. 6.* nisi ex conventionione debeantur. Idem ibi, Cancr. *sup. cap. 2. num. 246.* Surt. *decif. 261. num. 8.*

Ibi: Sicut & minor causa excusatur.

Reus facilius relevarur ab expensarum onere propter iustam litigandi causam, quam actor. Azeved. *in l. 1. num. 26. tit. 22. lib. 4. Recop. Petr. Barbosa cum aliis in d. l. Eum qui temere, n. 76.*

Verf. Iudices verò, qui Romæ.

Hujus praxis Romanæ Curia meminerunt Scacc. *d. quæst. 17. limit. 21. n. 47. verf. Hoc temperamentum,* Petr. Barbosa *num. 62.*

Verf. Hac tamen sexta.

In expensis, quæ non officio iudicis, sed iure actionis debentur, velut ex

contractu, aut testamento, nihil inter-
est iusta litigandi causa, ne praestentur.
Tusch. lit. E, concl. 626. num. 87. Cened.
ad Decretal. collect. 60. num. 7. Surd. de
aliment. tit. 6. quest. 3. n. 28. Petr. Barbosa
à n. 121. Rebuff. sup. tit. de expens. art. 1.
gl. ff. unic. num. 42. Mascard. de probat.
concl. 36. num. 49. August. Barbosa collect.
cap. Calumniam. num. 5. de pan. Azeved.
num. 29. Cancer. variar. part. 3. cap. 2. num.
246. Sed si debeantur expensae ex lege,
aut statuto, exequat iusta causa. Petr.
Barb. num. 123.

Verf. Idem erit ubi expensae.

21 Contumax non eximitur ab expen-
sarum solutione, etsi iusta de causa in
iudicio contendat. Unde saepe victor eas
victo pendere compellitur, neque post
definitivam repetit, veluti si quis bo-
nam causam habens, celet instrumen-
tum iniquè, ut adversarium vexet,
aut alias litem procelet contumaciter.
Tusch. concl. 626. num. 13. 15. & 45. Ma-
rant. de ordin. iudic. part. 6. memb. 7. n. 2.
Petr. Barbosa num. 140. Parlad. quotidian.
lib. 2. cap. fin. §. 18. in fin. Scacc. sup. num.
68.

Ibi: Tamen ab eisdem excusabit.

22 Qui de contumacia arguitur, à præ-
statione expensarum liberabitur, si legi-
timam excusationem probaverit. Tusch.
lit. E. concl. 637. num. 4. Menoch. de arbi-
tr. casu 152. num. 3. Cujac. observat. lib. 9.
cap. 22.

Ad Num. 4.

23 Lex, seu statutum iubens superatum
victori ad litem sumptus damnandum,
ita accipi debet, ut non liget eos, qui
iusta ex causa litigantes succubuerunt.
Greg. Lop. in l. 27. gloss. 3. tit. 23. p. 3.
Tusch. lit. E, concl. 626. num. 26. Azeved.
in l. 1. num. 28. tit. 22. lib. 4. Recop. Ant.
Gab. comm. opin. lib. 2. tit. de expens. concl. 3.
Guttier. Practicar. lib. 1. quest. 135. à n. 6.
Caravit. rit. 298. Petr. Barb. in l. Eum qui
temerè, n. 94. & 126. cum seqq. Seraphin.
de juram. privil. 13. à n. 16. Gratian. dis-
ceptat. cap. 33. à princ. Hermol. in l. 3.
gloss. 5. n. 3. tit. 3. p. 5. Sic Regia Consti-
tutio in l. 1. tit. 22. lib. 4. Recop. in praxi
est recepta, ut in causa appellationis
non damnatur ad expensas, qui iusta
causa in lite processit, licet superetur,

sententià à qua appellavit, confirmatà;
non obstantem ea lege, quae absolute
damnationem fecit praecipit. Ita obser-
vant nostrates praelaudati, ac Ceval.
comm. cont. comm. quest. 539. in fin. dissen-
tiente Parlador. quotidian. lib. 2. cap. fin.
part. 5. §. 18. de cuius legis intellectu la-
tissime Petr. Barbosa.

Ibi: Tunc sanè posset.

De hac limitatione potest dubitari
non immeritò, quia ex mente Legisla-
toris etiam colligere licet, ita demum
actionem expensarum in victum concedere
voluisse, si non ex iusta causa li-
tigaret, & ita sentit Petr. Barb. num. 123.
At huiusmodi impensae iure actionis
peti poterunt. Petr. Barb. n. 134. Trenta-
cing. variar. lib. 2. tit. de expens. resol. 1.
num. 4.

Ad Num. 5.

Judex non est astrictus ad damnatio-
nem impensarum, nisi per victorem
fuerint petite. Tusch. lit. E, concl. 626.
num. 77. Azeved. in d. l. 1. n. 11. Petr. Barb.
in l. Eum qui temerè, n. 17. de iudic. Ca-
ravit. rit. 297. n. 7. Villalob. Erar. comm.
opinion. lit. E. n. 269. Paz in praxi, temp. 4.
n. 37. Osuald. lib. 26. cap. 4. lit. F, My-
nsinger. cent. 4. observ. 55. August. Barbosa
collect. n. 10. ad cap. ult. de rescript. Gail.
lib. 1. observ. 152. n. 22. Lanfranc. tract.
de expens. n. 16. Quamvis autem iudex
teneatur satisfacere parti expensas qua-
rum condemnationem injustè non fecit,
id verum habet si fuerint petite. Petr.
Barbosa n. 170. Lanfranc. ubi nuper.

Ibi: Iudex verò si velit.

Judex potest, etiam si non petantur, 26
victum qui temerè litigavit, damnare
ad expensas litem. Scacc. de appell. q. 17.
limit. 21. n. 52. Tusch. concl. 630. Freder.
Schenk. tract. de expens. n. 18. Lanfranc.
& alii praecitati.

Ibi: Primum, quod sit satis.

Ex illa clausula generali, Jus & iusti-
tiam ministrari, iudicem tenent ad con-
demnationem sumptuum, ex aliis tradit
August. Barbosa in d. collect. n. 11. Sem-
per tamen de stylo expressim impensae
postulantur.

Ibi:

Ibi: Alterum quidem quod post.

28 Iudex eadem die, & non postea, per-
mittitur sententià definitivà latà, super
expensis decernere, ut praenotatur su-
pra, n. 10. & cavetur l. 3. tit. 22. part. 3.
ubi Gregor. Lop. gloss. 4. Petr. Barbosa
n. 177. qui & Azeved. in d. l. 1. num. 14.
praxi receptum restantur, memores
D. Covar. hic, Pichard. manud. part. 2.
in pralud. §. 3. n. 12.

Verf. Sed si quis.

29 Si victor lite pendente adversarium
ad impensas damnati postulare, ju-
dexque nihil de illis decerneret, qua-
ritur an ab omnia condemnatione li-
ceat provocare? In hac quaestione
sic distinguendum est: Aut victus ab-
solutè à sententià appellat, & tunc
victor appellare nequit: aut ille non
provocat, quatenus sententià sibi præ-
iudicium parit, & victor pro expen-
sis appellans auditur. Tusch. lit. E, con-
clus. 626. num. 32. & 77. Salgad. de Reg.
protecl. part. 3. cap. 16. num. 37. Scacc. de
appellat. quest. 17. limit. 21. n. 1. 19. & 33.
ubi fuscè, Petr. Barbosa in l. Eum qui tem-
merè, à num. 180. de iudic. Paz in praxi,
tom. 1. temp. 4. num. 37. Lanfranc. tract. de
expens. num. 15. Greg. Lop. in l. 9. gloss. 1.
tit. 23. part. 3. Idem iuris erit, si victus de
nullitate dixerit, quia victor non ap-
pellat, cum iudex super expensis valeat
pronuntiare. Scacc. cum aliis num. 11.
Utrum liceat superanti provocare ab ex-
pensarum praetermissa condemnatione,
cum non fuerint petite, controversitur.
Affirmat. Scacc. num. 35.

Verf. Caterum hæc vera.

30 Cum superatus expressè ab expensis
absolvitur, victor indistinctè appellare
permittitur. Tusch. num. 34. Greg. Lop.
ubi proximè, Scacc. n. 15. Villalob. Erar.
commun. opin. lit. E, n. 271. Petr. Barbosa
num. 186. qui & Scaccia hunc casum à
proximo superiore non distinguunt, &
appellatione victorem non egere, si victus
simpliciter appelleret, opinantur.

Ibi: Quia iudex non videtur ab
eis absolvere.

31 Iudex qui petitis expensis, illarum
mentionem in definitiva nullam facit,

non censetur absolvere superatum ab
ipsis. Salgad. n. 36. Azeved. in l. 1. num. 22.
tit. 22. lib. 4. Recop. Aug. Barbosa collect.
l. 1. num. 4. C. Si advers. rem. iudic. Contra-
rium haud pauci sistent, ut Tusch.
sup. num. 31. & alii, quos refert, ac sequi-
tur Guazz. de defens. rcor. def. 36. cap. 25.
num. 1.

Verf. Sed hæc vera sunt.

32 Prolatà definitivà sententià, expen-
sae nec peti, nec judicari possunt, nisi
ipso die, quo iudex pronuntiavit. Petr.
Greg. Syntagm. lib. 50. cap. 1. n. 24. Guaz.
sup. cap. 22. num. 2. Scacc. n. 37. & præ-
mittitur sup. num. 10. & 28. Sed fallit si
ex conventionem, vel statuto debeantur,
nam et si sententià super principali in
rem transferit iudicatam, peti poterunt
praestarique debent. Salgad. sup. num. 42.
Surd. de aliment. tit. 1. q. 43. n. 4. Cancer.
variar. part. 3. cap. 16. n. 97. Scacc. d. q. 17.
limit. 21. num. 45. Azeved. n. 16. Trenta-
cing. variar. lib. 2. tit. de expens. resol.
lut. 1. num. 4. Guaz. sup. cap. 25. num. 4.
quod limitat cum pluribus Guazzin.
num. 5. cum promittuntur expensae in iu-
dicio ex necessitate, ut in casu, de quo
agit.

Ibi: Quae debentur ratione
contumaciae.

33 Expensas solvere tenetur contumax,
ut praenotatur supra, n. 6. quae non offi-
cio iudicis, sed iure actionis petuntur,
ideo post extinctum principale iudi-
cium, de eis agere licet. Salg. & Scacc.
ubi proximè, Frederic. Schenk. tract. de
expens. n. 18. Villalob. sup. n. 172. Trenta-
cing. num. 5.

Ad Num. 6.

34 Expensarum taxatio fieri debet iudi-
cis arbitrio, pensata litigantis utrius-
que qualitate, l. 3. tit. 5. lib. 4. Recopil.
ubi Azeved. num. 21. Petr. Barbosa in
d. l. Eum qui temerè, num. 266. Jacob. de
Aren. tract. de expens. n. 19. Paz in praxi,
temp. 11. n. 24. Aug. Barbof. collect. cap. 1.
num. 13. de elect. in 6. Quas expensas vi-
ctus resarcire teneatur, diffusè discutit.
Petr. Barbosa à n. 213. Tusch. lit. E, con-
clus. 632. Petr. Greg. d. lib. 50. cap. 2. n. 47.
Cancer. part. 2. cap. 6. ex num. 31. Jacob.
de Aren. ex num. 16. Frederic. Schenk.
num. 17. Lanfranc. tractat. de expens.
num. 19.

num. 19. Gregorius Lopez in l. 8. gloss. 1. tit. 22. partit. 3.

35 Licet à decreto, quo jubet iudex expensas taxari, appellari non possit; ab excessu tamen taxationis provocare quisque permittitur. Scacc. d. limit. 21. ex num. 58. Petr. Barbosa num. 276. Sed quoties videtur ad sumptus litis damnatur, in dubio præsumitur de impensis processus, non de personalibus, nisi exprimat. Paz ubi proxime, & ita praxis observat.

Ibi: Ut tandem præmissa taxatione.

36 Cùm expensarum computationem fieri contingit, semper præcedere debet iudicis taxatio, ac deinde partis subsequitur juramentum, ut perjuriis auferatur occasio. Petr. Barbosa num. 269. Paz ubi proxime, Mascard. de probat. concl. 717. num. 4. Gail. lib. 1. observat. 152. num. 11. Caravit. rit. 298. num. 5. Azaved. in l. 3. num. 20. tit. 5. lib. 4. Recop. ubi formam taxationis optimam tradit, ut scilicet victor simplicem relationem sumptuum, quos fecerit, exhibeat iudici, qui pro arbitrio moderatione adhibito, iusjurandum parti deferet, ac deinde super taxatione juxta illud pronuntiabit: quam praxim transcripsit Aug. Barbosa collect. authent. post iusjurandum, n. 2. C. de judic. Apud Gallos aliter se res habet, ut videre licet apud Petr. Greg. d. lib. 50. cap. 1. num. 24.

Ibi: Nam cùm hoc juramentum.

37 Illud discriminis versatur inter juramentum affectionis, cùm scilicet quis injuriæ pecuniariam satisfactionem desiderat, & juramentum de veritate pro consequendis expensis vel interesse. In illo prius actor jurat, pro centum talem injuriam non sustinuisse: & iudex, si excessisse jurantem arbitretur, de quantitate detrahit. In hoc è contrà; nam iudicis taxatio præcedit, ut assertum est. Ratio hujus differentie patet, nam qui excedit in taxatione expensarum, perjurus est; ideo si præcessisset iusjurandum, nequiret iudex excessum reformare; nam supponeret perjurium, quod non præsumitur. Aliud est in estimatione injuriæ, cùm absque perjurio possit quisque excedere proprio amore ductus, ideo locus est iudicis arbitrio, ut quantitatem moderetur ex persona-

rum qualitate, aliisque circumstantiis neque enim res secundum cuiusque affectionem debent estimari, l. Pretia rerum 63. ad leg. Falcid. de quibus D. Covar. variar. lib. 2. cap. 10. num. 7. vers. Sic injuriam passus, & ego ibi, num. 81. Vide Hermos. in l. 8. gloss. 8. tit. 3. p. 5. ubi num. 6. ex multis probat, licere iudici, cù juramentum partis de veritate præcesserit, quantitatem expensarum, aut interesse minuere juxta facultates debitoris.

SUMMARIUM.

- 1 Rerum dotialium estimatio ex quibus causis fiat.
- 2 In dubio præsumitur facta venditionis gratia: quod regulariter in qualibet causa observatur.
- 3 Estimatio rerum dotialium, nisi probetur, minime præsumitur, ibid.
- 3 Dote tradita viro estimanda per arbitros, si nulla fiat estimatio, an tacita venditio contrahatur, & num. 4.
- 5 Si pro quantitate in dotem promissa fundus viro tradatur, tacite contrahitur venditio, prout in dote estimata.
- 6 Idem erit, si mulier secundo marito dotem promittat, non expressâ summâ, cùm ipsa mille priori consorti dederit, ac posteriori fundum tradat, intelligitur his estimatus accipere pro mille.
- 7 Quid si res accipiat maritus estimatas ea conditione, ut easdem reddat soluto matrimonio, hâc formis, quibus sunt tradite.
- 8 Non inducit emptionem estimatio rerum dotialium, quoties apparet ex conjecturis ad diversum finem facta taxatio.
- 9 Si res tradantur eo pacto, ut maritus eas pro eodem pretio restituat, an estimatio emptionem operetur.
- 10 Virum eo casu maritus etiam de levissima culpa teneatur, si res aliqua pereat.
- 11 Lex in l. 67. §. Mancipia, ff. solut. matrimon. explanatur, & n. seqq.
- 16 Lex Si inter virum 21. C. de jur. dor. intelligitur, ac conciliatur cum dicto §. Mancipia, & num. seqq.
- 19 Pactio, quod maritus reddat res pro eodem pretio, quo sunt estimata, quid operetur, si aliqua extinguatur durante conjugio, & num. 20.
- 21 Periculum, & commodum rerum dotialium à quo incipiat ad virum pertinere.

- 22 De pacto, ut res reddantur dotales habita ratione augmenti, & diminutionis, an estimatio faciat emptionem.
- 23 Quid si ita tradantur, ommissa pactio, quod habeatur ratio augmenti, vel diminutionis.
- 24 Virum maritus in duplici casu præmissis valeat res dotales alienare.
- 25 Ubi convenit, ut estimatas res easdem maritus reddat, ad quem earum periculum matrimonio constante spectet.
- 26 Quoties convenit, ut res dotales restituantur, soluto matrimonio, tacite subintelligitur, quod habeatur ratio augmenti, vel deteriorationis.
- 27 Lex ubi culpe simpliciter facit mentionem, levissimam non complectitur, & ita intelligitur lex 18. tit. 11. p. 4.
- 28 De constitutione dotis estimatae cum pacto, ut maritus aut res ipsas, aut estimationem, extincto matrimonio, exhibere teneatur, prout sibi placuerit.
- 29 Cujus sit periculum eo casu rerum dotialium.
- 30 An liberum sit viro res alienare dotales, invita consorte, in casu proximo.
- 31 Quoties abolitio convenit, ut res, aut pretium post matrimonium solutum reddantur, electio est mariti.
- 32 Si expressim convenit, ut uxor aut res dotales, aut pretium exigat, non censetur venditio celebrata ex estimatione.
- 33 Nequit maritus in hac specie absque uxoris consensu dotalia alienare.
- 34 Maritus restituit integrum pretium dotis estimatae, etiam si uxor res per usum deteriores redderet, aut extingueret.
- 35 Apud nos unde resarciatur damnum contingens in rebus dotalibus, durante matrimonio.
- 36 Si in dotem tradantur res, quæ pondere, numero, aut mensura consistunt, quid actum intelligatur.
- 37 Si in instrumento enunciatur, dotem tradit estimatam, cùm de taxatione non appareat, dos in estimata judicabitur, & num. 41. ubi contrarium suscipitur & num. 42.
- 38 Lex Quidam 96. §. Si tibi servus, de legat. 1. interpretatur.
- 39 Debitor quantitatis respectu speciei, hac perente, liberatur.
- 40 Lex Viruxori, de dor. præleg. intelligitur.
- 43 Dotis estimatio an faciat emptionem, marito inopiâ laborante sub tempus traditionis, & num. 44.
- 45 Si maritus, qui estimatam recepit dotem, non sit solvendo tempore restitutionis, D. de Faria Covar. Enucl.

tionis, mulieri datur utilis rei venditio pro rebus extantibus ex dote: quod ampliat, num. 47.

- 46 Utrum ipsa idem hæredibus mulieris tribuatur.
- 48 Mulier vindicans rem dotalem in præmissis casu per tertium possessorem, pretio oblato, excluditur.
- 49 Aliud erit, si mulier egerit ad dotem durante matrimonio, propter viri egestatem.
- 50 An estimatio producat emptionem, interveniente in pretio lesione.
- 51 In dotis constitutione adhuc pro modica lesione competit actio ad supplementum.
- 52 Mulier minor an possit dotem estimatam in immobilibus viro constituere sine juris solemnitatibus, & num. 53.
- 54 Quid de mobilibus pretiosis.
- 55 Mulier minor si dotem ex immobilibus dederit estimatam, non adhibita solemnitate, poterit soluto matrimonio aut res, aut estimationem exigere.
- 56 Ecclesia potest agere ad implementum contractus irriti ob defectum solemnitatis.
- 57 Quisque renuncians nullitati pro se introductæ, potest ratum habere contractum nullum, ac petere ut illi aliter contrahens stet.
- 58 Contractus interveniente dolo causam illi præstante initus suscipitur ex voluntate patientis dolum.
- 59 Quoties actum non est expressè, ut dos recipiatur estimata, si mulier minor, ommissa solemnitate, dederit immobilia, taxatio non facit emptionem, & ad alium effectum præsumitur facta.
- 60 Hoc casu mulieri incumbit probare (si sua intercessit) estimationem factam, ut bona in virum transierint, quod ex modo utendi conjectari poterit.
- 61 Ut estimatio operetur emptionem, quæ tempore fieri debeat.
- 62 Dotis estimatio facit emptionem, etsi res dotales absint.
- 63 Dominium non transit ad emptorem venditione perfecta, nisi subsequatur traditio.

Limitatur ibi, & opus est, ut pecunie pretii fiat accipientis, ibid.

64 Per estimationem non transfertur dominium rerum dotialium in maritum, sed traditione opus est.